



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 87. Consultatio Papæ cum Græcis de Synodi negotiis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV.  
A.C. 1428

dinalium, confidere fecit; denique sex illi Metropolitæ ad osculum pariter admissi, finistrum Patriarchæ latus stantes stipabant. Post hos ceteri Græci, qui Patriarcham comitabantur, alternis vicibus seni ac seni ad cubile Pontificis introducebantur, qui obsequii sui homagium pro diverso dignitatum suarum gradu exhibebant, aut faciem, & Papæ dexteram de osculantes, quod Episcopis, & primis Ecclesiæ Constantinopolitanæ Ministris concessum, aut profunda veneratione illum salutantes, quod ceteris Clericis prescriptum erat; Laici vero Papæ pedes genuflexi deosculabantur. Hæc ita permissa fuere, ut Græcorum consuetudini pro ratione temporis indulgeretur.

### §. LXXXVII.

*Consultatio Papæ cum Græcis de Synodi negotiis.*

*Vide supra* Elapso aliquot dierum spacio actum est  
 §. LXIX. & cum Imperatore, & Patriarcha celebranda Synodo, cuius jam binas Se-  
 §. LXXVII fiones fuisse præmissas meminimus, que-  
 rum prima habebatur die decima Janu-  
 rii Præside Nicolao Albergato, quem Pon-  
 tifex tanquam Legatum paulo ante ad-  
 ventum suum Ferrariam miserat; altera  
 vero die decima quinta Februarii ipso Eu-  
 genio præsente. Igitur Papa de sincera  
 Gra-

Græcorum mente certior factus, trans- Sæcul. XV.  
 actis honorariæ pompæ diebus, de unio- A. C. 1438.  
 nis negotio cum illis serio agere medita-  
 tur. Cum vero Imperator constanter po-  
 stularet, ut Reges, & Principes Europæ  
 vel per se, vel per Legatos celebrandæ  
 Synodo interessent, tandem unanimi vo-  
 ce conclusum, primam Sessionem *Latino-*  
*rum cum Græcis* die nona Aprilis haben-  
 dam esse; quo captioso dicendi gene-  
 re (\*) universum orbem inducere cona-

Y 4                           tus

(\*) Non captiosum, sed sermonem apprime  
 veritati consonum fuisse constat; quippe num  
 perfectius Ecclesia Orientalis repræsentari po-  
 terat, quam ubi eorum Patriarcha Constanti-  
 nopolitanus cum ceteris Græcorum Patriarchis,  
 potissimis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus  
 Monachis atque Doctoribus pietate ac scientia  
 longe celeberrimus in Synodo congregati ade-  
 rant. Ubinam, amabo, Ecclesiam Latinam me-  
 lius repræsentatam crederes, in Ferrarensi, vel  
 Basileensi Concilio? Cum in hoc summus Ponti-  
 sex, octo Cardinales. Patriarchæ duo, octo Ar-  
 chiepiscopi, & quadraginta septem Episcopi, ac  
 plerique alii digni Prælati, penes quos in Sy-  
 nodis judicandi ac decidendi auctoritas, non  
 autem penes sæcularium Principum oratores  
 residet, convenerant; quinam vero Basileæ fue-  
 rint, ex Augustino Patricio in sua Hist. Conc.  
 Basil. Florent. §. LIV. quem Scriptorem Con-  
 tinua-

Sæcul. XV. A C. 1438. tus est Pontifex, ut crederet, quod utr

que Ecclesia Orientalis, & Occidentalis Ferrarie in legitima Synodo, ad quam omnes Principes & Prælati vocati essent, congregata existeret. Præterea statutum, Sessionem secundam, ut unicuique facilis pateret accessus, nonnisi quatuor mensibus post primam decursis celebrandam esse, intermedium vero tempus particularibus congregationibus dicandum, in quibus sexdecim Viri doctrina celebres ex Latinis, ac totidem ex Græcis feligrentur, qui in disputationibus, ac collationibus juxta præscriptas leges institutis, in medium proferrent, quæ circa articulos in ipsa Synodo examinandos pronuntianda forent.

### §. LXXXVIII.

#### *Articuli in Ferrariensi Synodo diftiendi.*

Potissimi vero erant sequentes quinque.  
I. De Proceßione Spiritus sancti

II. De

tinuator noster severum veritatis assertorem deprædicat, percipiamus: Secedit magna pars Patrum, quæ Pontifici erat insensa, & Consilium in Italia nullo passio volebat: hæc fatio ex vili plebe magna ex parte constabat; quavis ducem haberent Cardinalem Arelatensem, & nonnullos alios Prælatos.